JOHANNIS WILHELMI HILLIGERI

ࠔࠇࠓࠉ· ࠃࠋࠔࠍ· ࠀࠓࠌࠉࠕ·

Sive

SUMMARIUM LINGVÆ ARAMÆÆ, i. e. CHALDÆO-SYRO-SAMARITANÆ,

Olim in Academia Wittebergenſi
Orientalium Lingvarum Conſecraneïs, parietes
intra privatos, prælectum,
& nunc,
Ad rogatus Φιλαραμαίων crebriores, publico
bono commodatum.

Bibl. Secr. Coll. Com. Soc. J.

WITTEBERGÆ,
Sumtibus Hæred. D. TOBIÆ MEVII, & ELERTI SCHUMACHERI,
Per MATTHÆUM HENCKELIUM, Academ. Typogr.
ANNO clɔ Iɔc LXXIX.

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
ELECTORIS SAXONIÆ
IN SECRETIORI CONSILIO
SENATORI AC COMITI,
UT ET
PROT-HAGIO-SYNEDRII,
QUOD DRESDÆ EST,
PRÆSIDI
EMINENTISSIMO,
ILLUSTRISSIMO ET GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. CAROLO,

LIB. BARONI à FRIESEN/
DYNASTÆ IN ROETHA/
KOTTA/ GESCHWITZ
&c.

DOMINO MEO
GRATIOSISSIMO;

EJUS-

EJUSDEM

ENSIFERI CELSISSIMI

IN SUPREMO SENATU ECCLESIASTICO

CONSILIARIIS GRAVISSIMIS,

VIRIS

REVERENDISSIMIS, MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, CONSULTISSIMIS,

THEOLOGIS DE SIONE LUTHERANO MERITISSIMIS,

DN. MARTINO GEIERO, DOCTORI CONSUMMATISSIMO, CONFESSIONARIO ET AULICO ECCLESIASTÆ PRIMARIO,

DN. JOHANNI ANDREÆ LUCIO, DOCTORI CELEBERRIMO, DRESDENSIUM EORUMQVE DIOECESEOS SUPERINTENDENTI VIGILANTISSIMO;

JURECONSULTIS DE REPUBLICA UTRAQVE INDIES MERENTISSIMIS,

DN. ADAMO CHRISTOPHORO JACOBI, DOCTORI AC SUPREMÆ APPELLATIONUM CURIÆ ASSESSORI FULGENTISSIMO,

DN. JOHANNI GEORGIO NICOLAI, DOCTORI ITIDEM ET SACERDOTI JUSTITIÆ FAMIGERATISSIMO;

DNN. PATRONIS, PROMOTORIBUS ATQVE EVERGETIS SUMME VENERANDIS

OBSEQVIA ET PROSPERA OMNIA!

)(2 *ILLU-*

ILLUSTRISSIME DOMINE,
MAGNIFICI VIRI,

SIſtit ſe conſpectui VESTRO qvalecunqve ARAMÆISMI *Summarium*, ac ſub tantis Nominibus ſibi Columen, Columen autem? autori ſuo favorem ambit. Patiamini felicem illud apud VOS Interpretem eſſe devotisſimi affectûs. Patiamini ab eo, in cujus paupere luco thura non habentur, hâc ſalsâ molâ Honori VESTRO litari. Patiamini hôc velut Syngraphô me VOBIS ad perpetuum obſtringi cultum. Meret Liberalitas Electoralis, & ſumma erga me Solicitudo VESTRA; Per qvam ut ſteti hactenus in Leucorea æqvè ac Patria; ſic terminum meorum votorum ſi non attigiſſe, proſpicere tamen mihi eminus videor. Ero, ILLUSTRISSIME DOMINE, PATRONI MAXIMI, in cœlo penitus, ſi obſcuræ hæ pagellæ lucem à Clementiæ & Gratiæ VESTRÆ

radiis

radiis fœnerabuntur, qvi ſancta eſtis Saxoniæ Lumina & ſplendidisſima Sidera. Sidera, pro qvibus, ut maneatis qvàm diutisſimè, indefesſis rerum humanarum Arbitrum votis defatigo.

VESTR.
ILLUSTRISS. GENEROSIT.
REVERENDISS. NOBILIT. ET
MAGNIF.

Chemnitii, ad d. 23.
April. A. O. R.
1679.

obſeqventisſimus Servulus
ac
Cliens

JOHANNES WILHELMUS Hilliger.

LECTORI BENEVOLO S.

PRiusqvam hoc, qvicqvid eſt Summarii Aramæi, excutias, rogandus es, ut haud graveris ſeqventia perluſtraſſe. *Summarium* nempe Tibi, non *Syſtema*, ſiſtimus, in cujus Præceptis ſcitu neceſſaria, inq; Annotationibus utilia obſervantur. Fecimus id ob methodum *in Summario Lingvæ Sanctæ* ſemel ſuſceptam; Qvorſum propterea non raro Te ducemus. Imò fecimus ob *Summaria Lingvarum ex Oriente plurium*, qvæ communicaturi tecum *ordine conſimili* ſumus, ſi patieris h.e. favebis. Nolumus enim datâ operâ eorum obliviſci, qvibus volvendis revolvendisq; olim conſecrati eramus intimiùs. Experiemur ergò fata, & tuum Candorem, Amorem. Amorem, Candorem, inqvam, qvô invitati fatemur: Potiorem in Chaldaiſmo ac Syriaſmo haberi reſpectum ad Biblicum illum, ſeqviorem ad Targumico-Talmudico-Rabbinicum, itemq; MSS. Unde ſponte fluit ſuâ, cur Capite non niſi primo characteris Strangelici veſtigia inveniantur. Sed unum, L.B. cumprimis eſt, de qvo vices noſtras dolebis. Scilicet collegeramus Wittebergæ aliqvàm multa ex Anglorum Bibliis & Polyglotto Lexico, qvorum ſubſidiis ſperabamus fore, ut limatius Samaritaniſmi Summarium prodiret. Ah! autem collegeramus! Nam cum vel ingratiis noſtris (teſtamur DEUM!) redderemur Patriæ, vix tertiam de Collectaneis deprehendebamus partem. Ita nimia in nimium nobis detrimentum vergit feſtinatio, qvâ ſeptimanarum unius alteriusve ſpatiô Wittebergenſibus cogebamur VALE, ac Chemnicenſibus AVE dicere. Confidimus igitur nos excuſatum iri, qvôd non tantùm breviores circa Samaritana lineas duximus; ſed qvòd ſupplendis etiam ſchematibus Analogiam hinc inde fuimus ſecuti. Si qvo in loco ceſpitaſſe convincemur, promittimus nos cuiqve monitorum tàm corrigendi cupidos, qvàm qvos cupidisſimos ubivis omnium. Tandem eâ, qvâ par eſt, Te, L. B. obſervantiâ rogamus, velis decentisſimas referre grates Viro-Juveni Præclarisſimo inq; Literatura Orientali, nec non qvâlibet aliâ verſatisſimo, Dn. M. JOHANNI HELVICO WILLEMERO, Mœno Francofurtano. Hic etenim magni opuſculum noſtrum æſtimans, ejusq; interpretationem cum reſolutione Biblicâ Wittebergæ feliciter conjungens, errata ſtudioſiùs admodùm conqviſivit, correxit atq; qvorundam præter opinionem relictorum te participem reddere dignatus eſt: qvæ ſub finem opuſculi deprehendes.

IN-

INDEX CAPITUM,

Analyſi textuum Biblicorum inſerviens.

In qvacunqve Voce expendenda

I. MATERIA, ubi occurrunt
Conſonantes deſcriptæ p.5.
diviſæ p.7. ſeqq.
Vocales Syrorum p. 12.
Scheva implicitum p. 14.
Patahh furtivum p. 15.
Orthopœeticæ notæ Syriacæ
Kuſchoj p. 17.
Ruchoch p. 18.
Mehaghjono p. 19.
Marhotno p. 21.
Ribui p. 22.
Diacritica puncta p. 23.
Syllaba ejusq; affectio p. 25.
Accentus Syro-Samaritici p. 26.
II. FORMA ſ. ANALOGIA GENERALIS,
ubi Mutatio Vocalium
(a) *Duorum ſchevajim Syr. in* ◌ַ, *vel* ◌ָ p. 29.
(b) Scheva mob. Syrorum ſub ◌ in ◌ p. 30.
(c) ר nec ſub nec ante ſe patitur ſcheva p. 31.
(d) Dageſch F. qvomodo Chaldæi compenſent p. 32.
(e) Vocalis longa ante Dageſch F. interdum allevatur p. 33.
(f) .. - ◌ ◌ ◌ ◌ & ◌ *in ultima ſyllaba in ſcheva* p. 33.
(g) Ebr. ◌ in ◌ Chald. in ◌ vel ◌ Syr. mutatur, & Chald. ◌ in ◌ Syr. p. 34.
(h) Accentus mutat vocales Chald. p. 35.
(i) Longarum & Brevium Vocalium alternatio p. 35.
(k) *Lingva Aramaa tq. filia ad ebraam matrem reductio, medianti-bus Grammaticorum figuris* p. 37.

FOR-

FORMA SPECIALIS
verſatur circa

N O M E N

Primarium

Habet ſe ut ebraicum, niſi qvod loco ה emphatici hic ſtatus detur peculiaris Emphaticus p. 45.

Secundarium ſ. PRONOMEN.

Peculiariter notentur hîc tantùm
Suffixa Nominum & Particularum p. 65.
Verborum Chaldaicorum p. 72.
Syriacorum p. 78.

V E R B U M

Perfectum

Easdem cum Ebræo affectiones habet p. 89.

Notetur tantùm
Prima forma p. 90.
Flexio temporum p. 98.
Mutatio punctorum p. 102.

Imperfectum

Latè & ſimpliciter, ut apud Ebræos
Defectiva duo: Pe Nun p. 105. Geminantia ע p. 107.
Qvieſcentia qvatuor: Pe Jod & Pe Aleph p. 110. Ajin Vau p. 112. Lamed Aleph p. 116.
Dupliciter imperfecta p. 126.
Strictè imperfecta Syriaca p. 127.

P A R T I C U L A

Eſt vel Separata
inpr. qvalitatis Syr. p. 131.
vel Inſeparabilis קַדְמָא וְכִלְבַּר p. 132.

S Y N T A X I S

Nominis

Subſtantivi cum Subſtantivo p. 136.
- - - - - - Adjectivo p. 137.
Superlativi periphraſis p. 55. 137.

Pronominis

Pleonaſmus p. 138. n. 1.
Demonſtrativum n. 2.
Interrogativum n. 3.

Verbi

Enallage temporum p. 139.
Participiorum cum ܕ p. 140.
הֲוָא facit Imperfectum & Plusqvamperf. p. 140. n. 3.
הֱוָא facit Imperativ. vel Futur. p. 141. n. 6.
Periphraſis verbi *habeo* apud Syros n. 8.
Certæ poſt verbum particulæ n. 9.

Particularum

Adverbia περιφράζουσι pag. 142. num. 1.
Conſtructio particulæ ܒܠܥܕ num. 2.
מִן p. 143. n. 3.
ל n. 4.
קָא n. 6.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

[illegible] ✣

Sive

SUMMARIUM LINGVÆ ARAMÆÆ,

i. e.

CHALDÆO-SYRO-SAMARITANÆ.

PROOEMIUM.

De

NATURA ET CONSTITUTIONE GRAMMATICES.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMAN.

§. I.

GRAMMATICA ARAMÆA eſt habitus mentis inſtrumentalis, voces Aramæas (1) earumq; affectiones conſiderans, ut purè loqvi, legere & ſcribere qveamus.

(1) Lingvæ Aramææ nomen à gentis conditore, Aramo nimirum (אֲרָם Gen.X.22.) deſumtum eſt, & complectitur, perinde ut Lingva Sclavonica Bohemicam, Polonicam, Vandalicam &c. Dialectos plures, ceu ſunt: *Chaldaica, Syriaca & Samaritana.* Qvod ad CHALDAICAM, dictam à Cheſedo (כֶּשֶׂד Gen.XXII.22.) adeoqve qvaſi Chasdaicam, æqvè ac Ulyſſes pro Udysſes, diſpeſcitur in *Babylonicam*, & *Hieroſolymitanam*: Qvarum Illa, Babyloniis antehac freqvens, continetur purisſimè in Daniele, Eſra, ac unico Jeremiæ verſiculo; impuriùs in Onkeloſo & Jonathane; omnium impurisſimè in Targum Joſephi & Pſeudo-Jonathanis, nec non Talmude Babylonico: Hæc verò, Christi & Apoſtolorum tempore Hieroſolymitanis vernacula, proſtat & in Targum & Talmude Hieroſolymitano. Qvantum porrò SYRIACAM, ab Aſſur (אַשּׁוּר Gen. X. 22.) propriè Aſſyriacam, veluti Spanien & Hiſpanien / nominatam, viget ipſa in potiori Syriæ parte, jamq; Comagena, à provincia, metropolin Samoſatam celebrante; jam Antiochena, ab uſu ejusdem in Patriarchatu Antiocheno; jam Maronitica, à Maronitis hodienum Palæſtinæ ad Libanum incolis, ſalutatur. Qvod deniqve SAMARITANAM attinet, natales illi dedére Samaritani, acerrimi olim Judæorum hoſtes, & ſolius Moſaicæ Pentateuchi receptores: Unde ſicut Dialectô Syriacâ Utrumqve Teſtamentum; ſic duntaxat Pentateuchum Samariticâ licet legere.

§. II.

PARTES Ejusdem duæ (2) ſunt: ETYMOLOGIA; & SYNTAXIS.

(2) Se-

(2) Seqvimur methodum Summarii Ebraici, & ceſpitare pronunciamus eos, qvibus qvatuor Grammaticæ Partes arrident.

§. III.

ETYMOLOGIA verſatur circa voces ſeparatas tàm ratione *Materiæ*, unde ORTHOPOEIA (3); qvàm ratione *Formæ*, unde ANALOGIA reſultat.

(3) Si Orthopœian malis appellare Orthoëpian, non repugnabimus, modò non appelles Orthographian.

§. IV.

SYNTAXIS voces conjunctas (4) expendit.

(4) Conjunctarum vocum ordinariè non niſi duæ dari poſſunt; qvod idem de conjungendis ſtatuendum.

PARS PRIOR
De
ETYMOLOGIA.

CAPUT I.
De
ORTHOPOEIA.

§. I.


MATERIA vocum ſeparatarum vel *Remota* eſt, ſcil. *Conſonæ* (1), *Vocales* (2) & *Notæ Orthopœeticæ* (2); vel *Proxima*, nimirum *Syllabæ*, qvas Accentus (3) comitantur.

(1) Conſonarum terminus termino, literarum accuratior videtur. (2) Qvidam cùm Vocalibus, tùm Notis Orthopœeticis Punctorum titulum aſſignant, has *Puncta non-vocalia*, illas *Puncta vocalia* vocando. (3) Accentus, qvi hoc in negotio militant, Tonicos putes, ut & Tacticos.

§. II.

CONSONÆ, qvæ & hîc ſiniſtrorſum (4) ordinantur (5), ſunt XXII (6), incluſæ, qvoad *Figuram* (7), *Nomina* (8) & *Poteſtatem* (9), ſeqventi ſchemati.

CHALD.



NOMINA.	ESSENT.	POTESTAS ACCID.
Olaph	א	1.
Beth	ב	2.
Gomal	ג	3.
Dolath	ד	4.
He	ה	5.
Wav	ו	6.
Sain	ז	7.
Hheth	ח	8.
Teth	ט	9.
Jud	י	10.
Coph	כ	20.
Lomad	ל	30.
Mim	מ	40.
Nun	נ	50.
Semcat	ס	60.
Aē	ע	70.
Pe	פ	80.
Zode	צ	90.
Koph	ק	100.
Riſch	ר	200.
Schin	ש	300.
Tav	ת	400.

(4) Qvanqvam in MSSC. Aramæis Tapocon etiam extare ſoleat, ſcribendi tamen fundamentum idem prorſus permanet. (5) In Aramæiſmo Samaritana ordinatio Ebraicæ conformis, Syra & antiqvior Chaldæa, ob ſui connexibilitatem, difformis reperitur. (6) Ex tot Ebrææ Lingvæ filiabus Aramæa unica numerum conſonantium obſervat. (7) Figura Chaldæo-Syri Alphabeti, Abrahamo ab aliqvibus, ſed falsò, adſcripta, duplex circumfertur, *Minuſcula* nempe ſ. *vulgaris*; & *Majuſcula* ſ. *Initialis*. Priorem charactere Ebraicô Chaldæi, Syriacô ſpecialiter ſic nominatô Syri expediunt: at poſterior delineata in ſchematis cancello primo Librorum & capitum, penes Utrosqve, initium occupat, elogiisq; multis audit *Vetuſta*, *Sancta*, *Suriana*, *Eſtrangelica*. Similiter varietatem literarum Samaritanarum docent MSS. Lapides atqve Monetæ, qvâ nihilominùs poſthabitâ nos uniformitatem, Anglicana Biblia, Caſtellianum Lexicon, & fœtus Bochartianos, Hottingerianos &c. ſecuti, exhibemus. (8) Nil obſtat, qvò minùs Nomina literaturæ Syræ Aramæis generatim qveant tribui, modò Chaldæo-Samariticè dicamus Alaph, Gamal, Daleth &c. qvod Syriacè Olaph, Gomal, Dolath &c. pronunciatur. Cæterùm nimis θεολογώτερος foret, qvi appellationes Syrorum elementorum, à diviniorıbus Epithetis, hôc peteret Boderianô more: *Alobo* Deus, *Borujo* Creator, *Gobulo* Plasmator, *Dajono* Judex, *Hauno* Mens, *Waudbo* Pactum, *Saino* Arma, *Hbanono* Clemens, *Tobbo* Bonus, *Jobubbo* Dator, *Cino* Director, *Lemino* Portus; *Morjo* Dominus, *Nubro* Lux, *Sabbro* Spes, *Aodburo* Adjutor, *Poruko* Redemptor, *Zelibbo* Crucifixus, *Kadbiſcbo*, Sanctus, *Rabo* Magnus, *Scbalito* Dominator, *Tobbuo* Cenſor. (9) Eſſentialem poteſtatem prima Nominis conſona (Olaph & Aë, tanqvam ἀφώ-

ἀφώνοις exceptis) communicat: Poteſtas autem accidentalis in numeris ſuppeditandis hîc qvoqve conſiſtit, ita ut deficientes in ſerie alphabetica Centenarios præſentium combinatio, & Millenarios Monadici, lineolâ illic ſuperiùs, hic inferiùs notati ſuppleant h. m.

[illegible] / [illegible] / [illegible] 500. [illegible] / [illegible] / [illegible] 600.
[illegible] / [illegible] / [illegible] 700. [illegible] / [illegible] / [illegible] 800.
[illegible] / [illegible] / [illegible] 900. א / [illegible] / [illegible] 1000. ב / [illegible] / [illegible] 2000. ג / [illegible] / [illegible] 3000. &c. Conf. §. 10. (*d*) *p.* 1 & §. 11. *p.* 1 Qvod ſi concurſus plurium numerorum fiat, minor itidem majorem, virgulæ ſuperioris beneficiò, excipit h. in m. יב / [illegible] / [illegible] 13. יה / [illegible] / [illegible] 15. לד / [illegible] / [illegible] 34. קט / [illegible] / [illegible] 109. אתרעח / [illegible] / [illegible] 1678.

Interim obſerves, Syrorum Centenarios qvandoqve ſic etiam repræſentari: [illegible] 100. [illegible] 200. [illegible] 300. [illegible] 400. [illegible] 500. [illegible] 600. [illegible] 700. [illegible] 800. [illegible] 900. Qvin probè notes: In Aramæorum Arithmetica utramqve paginam Eſtrangelicum facere characterem.

§. III.

Dividuntur ratione

I. SCRIPTIONIS, in *Uniformes*, qvales Cuthæis

thæis (10) omnes (11) ſunt; & *Biformes*, qvales ſunt

[a] Syris ſolis Olaph atqve Lomad, dum illud ante hoc inclinandum (12); & hoc ante illud erigendum (13) eſt v. g. ܐܠܗܐ *Alóho*, ܠܐ *lo.*

[b] Syro-Chaldæis (14)


(1) *Finales* (15) כַּלְמָנָע (16) h. m.

Aē Nun Mim dupl. Lomad Lomad Coph.




(2) *Connexiles*

[a] à parte utraqve (17) v. g.



[b] à parte poſteriori (18) v. g.



II. &

II. & III. ORGANI (19) & SOCIETATIS (20), uti Ebraicè.

IV. LECTIONIS, rursùm more Ebræo (21) exceptis

[a] ܝ apud Syros, utpote qvod ante & poſt aliud ܝ (22) effertur ut Jud (23) v.g. יוֹי *lojé.*

[b] ܗ, ܘ & ܝ apud Eosdem, utpote qvorum prius ſemper movetur (24); medium & poſterius ad finem vocum, conſonâ non-vocalizatâ præeunte (25), qvieſcit (26) v.g. ܦܩܶܕܝ & ܦܩܶܕܘ *pekádh.*

V. THEMATIS, in *Radicales* (27) ܓܙܚܛܣܥܦܨܩܪܫ (28); & *Serviles* (29) ܐܒܕܗܘܝܟܠܡܢܬ (28).

(10) Cuthæi & Samaritani nobis æqvipollent. (11) Qvæ figura literarum Samaritanarum à principio, eadem & in medio & fine applicatur. (12) Inclinatio τῦ ܝ ante ܠ finale, nec non præcedente aliô Lomad, aut ſeqvente novô Olaph, Intermittitur,

 v. g.

v. gr. ܐܺܝܠ *äël*, ܠܰܐܠܳܗܳܐ *lalóbo*, ܐܶܠܳܐ *eló*. (13) Erectio ꝟ ܠ ante ܐ confuſionem cum Nun evitet. (14) Ubicunqve Chaldæos in Orthopœia Syris jungimus, de Suriano Alphabeto ſemper loqvimur. (15) Occaſione Finalium intuearis hanc ܐ poſt ܠ figuram ܠܐ v. gr. ܡܶܛܽܠ ܐܰܒܳܐ *metül ábbo.* (16) Sunt, qvi mnemonicam vocem faciunt עֲלַמְכֵּן, ſunt, qvi aliam. (17) Literæ connexiles, Dilatabilibus certô reſpectu reſpondentes, qvin decoris causâ uncinulum in fine ſuſcipientes h. m. ܒ, ܢ &c. ἀπὸ τύχης nonnunqvam, qvoties ſcilicet inconnexiles vel præcedunt vel ſeqvuntur, nexum reſpuunt, v. g.

ܐܒܓܕܗܘܙܚܛܝܟܠܡܢܣܥܦܨܩܪܫܬ

ܐܒܓܕܗܘܙܚܛܝܟܠܡܢܣܥܦܨܩܪܫܬ

(18) à parte poſteriori connexiles, ac technologicum nonneminis אֶרֶץ תְּרוּזָה habentes, ſubinde connexionem, ob datam rationem, fugiunt v. gr. ܪܘܟܒ *rucb.* (19) Qvia literam ר numero Lingvalium inſeruimus in Ebraiſmo, non poſſumus non eandem hîcq; & ubiqve è Dentalibus eliminare. (20) Etiam in Aramæiſmo literæ Compasſibiles & Incompasſibiles multum ſcriptis non-punctatis, feliciùs legendis, corruptis reſtituendis, ambiguis determinandis &c. conducunt.

(21) A

(21) A potiori deſumimus appellationem. Qvippè utut Immobiles Chaldæo-Samariticè ſint omnes אהוי / Syriacè tamen non niſi אוי reperiuntur, ita ut ܐ vocali caſſum, ◌ Dſekophô aut Ezozô, & ◌ Revozô aut Hhevozô præcedentibus, non moveatur v.g. ܫܐܠ *ſchêl*, ܩܐܡ ࠒࠀࠌ *Kum*, ܦܐܘܠܘܣ ࠐࠀࠅࠋࠅࠎ *Paúlos* ܪܐܫ ࠓࠀࠔ *Riſch*. (22) ܐ ante ܐ circa vocabulorum finem, & ܐ poſt ܐ circa eorũ initium cognoſcitur. (23) Pronunciationem ࠉ Jud imitatur Participium Præſens verborum Aë Wav v.g. ܩܐܡ *Kojém*. Obiter notetur: Regulam de Olaph ante vel poſt aliud pronunciando, attendendam eſſe ſedulò in ſcriptis idioma qvidem Syrum, ſed characterem Ebræũ, aliumve oſtendentibus. (24) Qvod He Syrorum ſemper moveatur, Verborum Lomad He defectus efficit. (25) In qviete Wav & Jud finalium Syros Cuthæi ſeqvuntur, v. gr. ܦܩܕܝ ࠐࠒࠃࠉ & ܦܩܕܘ ࠐࠒࠃࠅ *pekádh.* (26) Tyronibus non ſuccenſemus, ſi Wav & Jud ejuſmodi movere cupiant. (27) Si obſervatione in Summario Ebr. p. 8. n. 16. extantem, & prætereà ࠄ & ࠇ Samaritanum exceperis, radicales ad ſubſtantiam thematis pertinebunt. (28) Tantum abeſt, ut radicalibus Syrorum (qvibus Schin neqvicqvam demunt plures) hùc appoſitis, Chaldæo-Samaritanorum excludamus, ut potiùs includendo chartæ parcamus. (29) Serviles appellantur, non qvòd ſemper tales ſint, ſed qvòd certis caſibus locoq; certò Derivatis ſervire ſoleant.

§. IV.

Character Eſtrangelicus, unà cum Samaritano, Vocalibus caret (30); Syrus verò qvinqve (31) partim antiqviores (32) partim recentiores (33), pro lubitu commiſcendas (34), & ratione *Figuræ* (35), *Nominum* (36) & *Poteſtatis* (37) ſeqventi ſchemate comprehenſas, agnoſcit.

Nomina.	Antiq.	Potest.	Recent.	Nomina.
Ptohho	y	A.	÷	Abraham.
Rebhozo	⌒	E.	·· ·.	Eſaias.
Hhebhozo	x	I.	⁚	Iſaac.
Dſekopho	ρ	O.	⁚	Odom.
Ezozo.	λ	U.	·	Urias.

(30) Nulli dubitamus, Chaldæos pariter ac Cuthæos priſtinis temporibus vocalibus eſſe gaviſos. Hodiè carentiam earum cum Matres lectionis, cum Analogia ſupplent. Exercitatus igitur ſit, qvisqvis aut Chaldæo-Samaritana legere, aut iis Vocales Syras, exercitii gratiâ & methodô Caſtellianâ, jungere aggreditur. (31) Qvoniam naturâ non plures vocalium ſonos, qvàm A. E. I. O. U. patitur; hinc eſt, cur Syri qvinarium, citra diſcrimen qvantitatis, receperint. (32) Sapere antiqviores Syrorum vocales Græciam, poſitum extra controverſiam eſt. Qvis autem, & qvando, ob- & in-verſione factâ, acceſſerit, probent, qvi poſſunt; Noſter ἰυςοχασμὸς æta-

tem

tem Alexandri M. reſpicit, ut qvâ ſimul magna Græcarum vocum pars Lingvam Syriacam invaſit. (33) Recentior Vocalium figura, inventa à qvocunqve demum, fundamentum ab Ebraiſmo petit. (34) Olim ex antiqvioribus Vocalibus tantùm ſupernè collocabantur ܿ ܵ ܼ, ac infernè ܿ ܼ; aſt hodiè ſitum pro lubitu ſortimur, vetuſtasq; cum Recentibus, & Has cum Illis commiſcemus v. g. ܘܠܡܫܬܡܥܢܘܬܐ *Walmeſchtamenútho*. Interim uſitatiorem locationem dicas, qvam Præceptorum ſchema tibi ſuggerit. (35) Ezozo qvidam Doctiorum ſic efformat (ܘ), inculcaturus fortè ortum ejus ex gr. (*υ*) atqve (*ο*), veluti (*ȣ*) ex (*ο*) atqve (*υ*) ordine inversô. Sic Odom in Riſch incidens, punctum alterum abſcondit v. g. ܒܣܪܐ *béſro*. (36) Vocales Nomina partim Vulgaria, partim Doctiora ſortiuntur. Illa ab illuſtrium Virorum nominibus decerpta ſonum, qvem obtinent, à fronte ſtatim porrigunt, Syriacè ܐܒܪܗܡ *Abróbom*, ܐܫܒܝܐ *Eſchbájo*, ܐܝܣܚܩ *Jsbbok*, ܐܕܗܡ *Odbom*, ܐܘܪܝܐ *Uríjo*: Hæc, ex ipſa vocalium natura depromta, Syrè vocantur ܦܬܚܐ *Apertum* vel *Apertio*, ܪܒܨܐ *Egeſtum* vel *Egeſtio*, ܚܒܨܐ *Compreſſum* vel *Aſtrictio*, ܙܩܦܐ *Sublatum* vel *Elatio*, ܥܨܨܐ *Cohibitum* vel *Compreſſio*. (37) In Syrarum vocalium valore, cum qvinqve

Latinorum Germanorumve Vocalibus coincidente, laudamus neqve aſſertum Waſerianum, Ezozo ſcilicet ſuperius U. & inferius Ü.; neqve Hottingerianum, Dſekopho nempe ordinariè O. rarò Ü ſonare. Sicuti enim prius nullibi per Ü. (voculis ܟܘܠ *cül*, ܡܬܘܠ. *metül*, & juxta paucisſimos ܟܘܒܪܝܬܗܘܢ *cübritho*, exceptis); ſic poſterius ubivis per O. exprimitur. Adhuc ὡς ἐν παρόδῳ annotamus, Ἦτα græcanicum eo tempore, qvô Syri à Græcis vocales mutuati ſunt, probabilisſimè non inſtar E. ſed i. prolatum fuiſſe, ſiqvidem in locum i. aliàs ſubſtituiſſent Ἰῶτα, & in locum E. fors Ἦτα. Confer, ſi lubet, *Summarium* noſtrum *Lingvæ Copticæ* ſeu *Ægyptiacæ*, ubi τὸ Ἧτα pronunciationem ſimillimam offenderis, dum v. gr. ΦΗ, ΘΗ, ΝΗ, ΜΑΘΗΤΗϹ, efferuntur neceſſariò *phi*, *thi*, *ni*, *mathitis*.

§. V.

In toto Aramæiſmo datur neq; Diphthongus (38) neqve Scheva explicitum (39); Scheva autem implicitum (40), idemq; ſolùm ſimplex (41), legibus movetur Eberinis (42) v. gr. ܦܩܕܬܗܘܢ / פקדתהון *pekadhtún.*

(38) Terminationes *AI, AV, EV, IV, OI, OV, UI*, nil minus qvàm Diphthongos, (qvarum vel nomen Aramæi neſciunt) ſed ſyllabas, & conſeqventer διφθογγοειδές τι, ſpirant v. g. לֵוִי / ܠܘܝ / ࠋࠅࠉ *levàj*. (39) Chaldai-

daiſmus Biblicus à Scheva explicito in tantum non abhorret, in qvantum, locô genuinarum literarum, Ebraicis conſtat. Qvanqvam in eo Ebræos deſerat, qvòd Scheva etiam poſt longam vocalem, nullô Methegô ſtipatam, abſorbere amet v. gr. גְבוּרְתָא *gebbúrta*, מֵימְרָא *Mémra*, contra סִפְרָא *Sapberá* (40) Scheva qvondam inter Syros figuram inferioris punctuli gesſiſſe, *μέγα λίαν αἴτημα* exiſtimamus. (41) Cum Scheva Syri non posſideant compoſitum, diſpaleſcet faciliùs, qvanti nonnullorum æſtimari debeat judicium, qvi, ubi Syriaca literis Ebraicis exaranda, tale qvodpiam attribuunt, ſcribendo v. gr. אֲנָא pro אְנָא ܐܢܐ / חֲזָא pro חְזָא ܚܙܐ. (42) Patet vel ſuâ ſponte, Aramæum Scheva legi ab initio, itemq; poſt aliud; minimè in fine, ac ante aliud, vel planè nullum v. g. ܡܠܟܟܘܢ מַלְכְּכוֹן *malcechún*, ܡܠܟܗ מַלְכֵּה *malcéh*. Qvin id haud omittendum: Scheva penitùs qvieſcere, qvando nulla conſonantium *δυσφωνία* oritur.

§. VI.

PATAHH *Genubba* in ſola literatura Babylonica (43) uſum invenit (44) v. gr. שְׁלִיחַ *ſcheliahh.*

(43) Rectè taxantur, qvotqvot Syriaca Ebraicè ſcripturi Gutturalibus Patahh furtivum asſignant, ponendo e. gr. ישוע

יֵשׁוּעַ pro יֵשׁוּעַ ܝܶܫܽܘܥ *jeſchû* (44) Uſus Patahh rapti ante ה nullus eſt v. gr. בֵּהּ / non בֵּהַּ.

§. VII.

NOTÆ ORTHOPOEETICÆ in eadem literatura (45) cum Ebræis (46) conveniunt, concipiendæ in Suriana & Samaritana (47) ex ſenſu (48); Verùm in Syra numerantur Earum, præter puncta Diacritica (49); qvinqve (50): *Kuſchoj* (51), *Ruchoch* (52), *Mehaghjono* (53), *Marhotno* (54) & *Ribuj* (55).

(45) Propter elementa, qvæ Babylonii ab Ebræis mutuantur, puncta non-vocalia non poſſunt non unius ejusdemq; manere commatis. (46) Spectare huc *Dageſch*, *Mappik*, *Metheg* & *Makkeph*, notius eſt, qvàm ut dicatur. (47) Lineola literis ſupernè adjecta penes Cuthæos ſæpe Dageſch F. arguit v. g. ࠀࠀ pro ࠀࠁࠀ. (48) Qvod ad Dageſch L. res ſalva eſt. Nam qvandocunqve aliqva ex literis בְּגַדְכְּפַת aderit vel ab initio, ſive ſimpliciter, ſive præeunte conſona mobili; vel in medio ac fine, antecedente utrobiqve Scheva qvieſcente, Dageſch ejusmodi concipiendum venit v. gr. ܦܩܕ פקד *pekádh* non *phekádh*, ܡܠܟܗ מַלְכֵּהּ *malcéh*, non *malcheh*. (49) Exactius puncta Diacritica noſſe, eſt maximam ſcriptorum non-punctatorum difficultatem

tatem ſuperaſſe. (50) Qvos inceſſit opinio, dari apud Syros Mappik, hujuscemodi figuræ ܗ̇ , à veritate aberrant. (51) ܩܘܫܒܐ *Kuſchoi* ſignificat duritiem, à ܩܫܐ induravit. (52) Natales τῦ ܪܘܟܒܐ *Rucbocb*, idem notantis ac *Mollities*, Arab. رخب *tenuis fuit*, commonſtrat. (53) ܡܗܒܓܝܢܐ *Mehaghjono* ex הָגָה *meditatus eſt*, deducitur. (54) ܡܪܗܛܢܐ *Marhotno* à רְהַט *currere* dictum, non tam benè qvàm ſyetè *Marthono* audit. (55) ܪܘܒܒܐ qſ. *multiplicatum* à ܪܒܐ *crevit*, dependet.

§. VIII.

KUSCHOJ eſt punctum literarum ܒܓܕܟܦܬ (56) ſuperius (57), pro Dageſch Leni (58) ſatisfaciens (59) v. gr. ܐܢܬ *at* Chald. אַתְּ

(56) Ponamus, literam Pe, juxta Buxtorfianam obſervationem, nunqvam Kuſchojari, tamen à potior perſtabit denominatio. Conſonæ autem non-Beghadhcephath ſuper ùs punctaræ nil minùs, qvam Kuſchoj pòſſident. (57) In ſcriptis Syrorum Kuſchoj ex vocum genio hinc inde ſupplendum eſt. (58) Ex eo, qvod Kuſchoj ib adhibe-

hiberi ſoleat, ubi Chaldaiſmus reqvirit Dageſch F. v. g. ܫܒܚܐ שְׁבַח / malè infertur, dari apud Syros Dageſch F. Cujus nunc, adeoqve pejoris, commatis omnia Crineſio-Leusdeniana fundamenta deprehendes. (59) Kuſchoj cumprimis reperitur in [a] Nominibus defectu conſonarum laborantibus, v. gr. ܪܒܘܬܐ *gepbéto* ex גֶּפֶן / ܓܦܬܐ *rebútho* ex רִבְבָן. [b] Ebraicè aut Chaldaicè propter elegantiam ſeu emphaſin dageſchatis, verb. gr. ܐܟܪܐ *acóro* ex אִכָּר. [c] Paël & Etpeël Verborum perfectorum, hincq; formatorum Nominum v. g. ܣܒܪ *ſabár* evangelizavit, ܡܣܒܪܢܐ *meſabrono* evangeliſta. [d] Verbis Pe Nun, Geminantibus Aë, Pejod Dageſch compenſativum Chaldaicè amantibus &c. v. gr. ܬܦܠܘܢ *teclun*, ܡܬܒ *mecát*, ܠܡܬܒ *Chald.* לְמִתַּב.

§. IX.

RUCHOCH eſt punctum literarum earundem (59) inferius (60), cum Raphe obſoleto (61) conveniens (62) v. gr. ܠܓܒܪܐ *legbábbro.*

(59) Qvem-

(59) Qvemadmodum Kuſchoj tantùm ſex literas indurat; ſic Ruchoch totidem mollitiem infert. (60) Ruchoch (qvod malè nonnemo etiam ſupra literas collocat), unà cum Kuſchoj, ne confundantur cum punctis aliis, maximè τῶν ܘ & ܘ eſſentialibus, vel diverſò in MSS. colore, vel majori craſſitie gaudent. (61) Raphe proptereà nomen obſoleti meretur, qvia uſus ejus hodiè ſaltem in Germaniſmo Ebraico, ut & in monumentis non-punctatis conſpicitur. Loca verò Decalogi duplex accentuatio peperit. (62) Sæpiſſimè Ruchoch ex analogia concipitur.

§. X.

MEHAGHIONO eſt linea (63) infra conſonas locata, indicans

[a] totale literarum (64) otium (65) v.g. ܐܢܐ *no.*

[b] vocalis abſentiam (66) v.gr. ܐܬܦܩܕ *ethpákd.*

[c] tardiorem pronunciationem (67) v. gr. ܡܩܪܒܢܐ *makerbóno*, contra ܡܩܪܒܢܐ *makrebbóno.*

[d] Myriada v. gr. (68) ܐ 10000, ܒ 20000, ܓ 30000 &c.

(63) Locum Mehaghjono, ex uſu nonnunqvam reſtituendi, in nominibus græcis ſupplet haut raró Revozo v. gr. ܐܣܛܠܐ ϛολή. (64) Conſonæ Mehaghjono recipientes potisſimum ſunt

[α] ܐ in certis vocibus, itemq; Græcis, Syrâ civitate donatis v. g. ܐܢܫܒܐ *nóſcbo*, ܐܪܙܐ *róſo*, ܐܟܣܢܝܐ ξένος.

[β] ܒ in ܐܝܬܒܐ *itbo*, ܡܒܬܒܐ *bbátbo*.

[γ] ܗ in Pronomine tert. perſ. & ſuffixis pluralibus, it. ܝܗܒ *jabb*, ܗܘܐ *wo*.

[δ] ܘ terminale in verbis v. g. ܐܫܟܚܘ *ſckápb*.

[ε] ܛ in ܐܙܛܠ *eſátb*.

[ζ] ܡ in ܝܘܡܡܐ *jáme*, ܥܡܡܐ *áme*.

[η] ܕ in Pronomine ſec. perſ. it. ܐܬܕܬܐ *átbtbo*, ܫܒܬܐ *ſcbátbo*, ܡܕܝܢܬܐ *medbítbo* &c.

[θ] ܝ in ܒܝܬ *batb*. Adhæc Mehaghjono adſciſcunt nomina radicalem in plurali geminantia v. gr. ܟܠܘܬܐ *calótbo* ex ܟܠܬܐ *cálto*.

ſálto. (65) Ab otio ſalutatur Mehaghjono Linea Otii. (66) Vocalis abſentiam Mehaghjono in PasſivorumImperativis ſuggerit. (67) In Pronunciatione tardiori Mehaghjono qvodammodò cum Methegh convenit. (68) Valor Mehagjono arithmeticus trahatur, qvæſo, ad §.2 *p.* 7.

§. XI.

MARHOTNO eſt linea ſupra conſonas locata(68), exhibens

[a] literas arithmeticas(69) v. g. ܝܒ̄ 12.

[b] Scheva immobile (70) v. g. ܡܠܟܬ݂ܗ *malcetho.*

[c] voces abbreviatas (71) v. gr. ܩܕ̄ pro ܩܕܝܫܐ *kadhiſcho.*

(68) In Samaritaniſmo duplex nonnunqvam linea, Marhotno inſtar, deprehenditur, qvæ, qvid ſemper ſibi velit, contextus & judicium cujusqve doceant. Sic v. g. [Samaritan] Gen. XVII. 19. exponendum *verè*, non *ſed*, *luctus*. Conf. [Samaritan] Geneſ. VI. 4. [Samaritan] Gen. XIIX. 22. (69) Qvoad numeros literis repræſentandos veſtigia Syrorum Samaritani legunt, ceu oſtenſum §. 2. *p.* 7. (70) Rarisſimè Marhotno qvietem literæ totalem ſubindicat v. gr. ܕܐܝܬ݂ *dith*, ܐܘ݂ *o.* (71) Etiam in decurtandis vocibus Marhotno Cuthæis familiare eſt v. g. [Samaritan] pro [Samaritan]. Iidem illud dictionibus dubiis,

ROMA VITTORIO EMANUELE

biis, vel ſaltem uſitatiori ſignificatione non accipiendis, nec non conſonis inter ſe in vicem alternantibus, applicant v.g. בדבר *cum peſte*, סבא *Senex*, ܫܡܗ pro ܫܡܗ *nomen ejus*.

§. XII.

RIBUJ eſt punctum ſupernè (72), geminum (73), Numeri Pluralis index (74) v. gr. ܟܠܒ̈ܐ *cálbe*.

(72) Ne Ribuj cum Eſaia commiſceatur, aut hic infra literam, aut illud aliò collocetur v. gr. ܓܝܘܪ̈ܐ non ܓܝܘܪ̈ܐ *gajóres*. (73) Cum Ribuj τῷ ܪ occupat, punctum hujus pro altero illius ſatisfacit v. gr. ܦܪ̈ܝܫܐ *pariſche*. Qvandoqve tamen hôc caſu alter punctus primam vel Præteriti, vel Futuri, imò Participium deſignat v. g. ܟܪ̈ܝܬ *kerith*, non *kerjth*. (74) Ribuj Pluralem (cui annumerantur ſingularia collectiva) & in Nominibus, & in Verborum fœmininis arguit v. g. ܛܠܘܠ̈ܐ *telóle*, ܢܦܩ̈ܕܒܘܢ *nephkedbón*.

§. XIII.

PUNCTORUM DIACRITICORUM officium conſiſtit in diſcriminatione (75) vocum,

cum, diverſam ſub iisdem conſonis punctationem (76) admittentium, eſtq; eorum aliud

[a] *Supernum* (77), notans

[α] Perſonas primas Præteriti ac Futuri v. gr. ܦܩܕܬ *pekdéth*, ܐܦܩܘܕ *ephkúdh*.

[β] Participium (78) v.g. ܦܩܕ *pokédh*, ܡܦܩܕ *mephakédh*.

[b] *Infernum* (77), notans

[α] Reliqvas Præteriti ac Futuri v. gr. ܦܩܕܬ *pekádht*, ܬܦܩܘܕ *tephkúdh*.

[β] Imperativum atqve Infinitivum (79) v.g. ܦܩܘܕ *pekúdh*, ܡܦܩܕ *mephkádh*.

(75) Plurima Syrorum ſcripta illegitimó vocalium poſitu, ne dicam omnimodâ abſentia tument; qvæ ut proinde aſſeqvamur, à punctis non-vocalibus διακρίσεων petamus. (76) Ex vocibus ſub uno eodemq; conſonarum habitu diverſisſimas vocales, & cum vocalibus ſignificationes tolerantibus, has eſſe præcipuas obſervato:

ܐܝܕܐ *ídho* manus, ܐܝܕܐ *ájde* qvæ?

ܟܬܒܐ

ܒܝܫܐ *bíſcho* malus, ܒܝܫܐ *bójſcho* miſer.

ܒܟܝܐ *béchjo* fletus, ܒܟܝܐ *bóchjo* flens.

ܕܝܢܐ *díno* judicium, ܕܝܢܐ *dajóno* judex.

ܗܝ ܗܘ *bu, bi*, Ipſe, a. ܗܝ ܗܘ *bau, boj*, Ille, a.

ܗܢܝܢ ܗܢܘܢ *benún, en* Ipſi, æ, ܗܢܘܢ ܗܢܝܢ *bonún, en* Illi, æ.

ܚܕܬܐ *bbátho* novus, ܚܕܬܐ *bbedbátho* nova.

ܡܠܟܐ *mélco* conſilium, ܡܠܟܐ *málco* Rex.

ܡܢ *min* ex, ܡܢ *man* Qvis?

ܥܒܕܐ *ábdo* ſervus, ܥܒܕܐ *ebbódbo* opus.

ܥܘܠܐ *ulo* infans, ܥܘܠܐ *awólo* iniqvus, ܥܘܠܐ *aulo* iniqvitas.

ܪܚܡܐ *rábbme* viſcera, ܪܚܡܐ *róbbme* animus.

ܫܢܬܐ *ſchento* ſomnus, ܫܢܬܐ *ſchato* annus.

(37) Pun-

(77) Punctum ſupernum communisſimè vocales A & O; infernum I & E; utrumqve, ſi Vav ſubſeqvitur, U indicat. Deinde puncta Diacritica aliqvando lateri vel dextrorſum vel ſiniſtrorſum imponuntur v. gr. [illegible] *óibo* ſignum, [illegible] *oibé* veniens. Seqvitur id in Verbis tert. Præter. fœmin. v. gr. [illegible] *pekdáth*, *præcepit.* (78) Ut Participium qveat ſupernè punctari, ſit Benoni. (79) Punctô infernè qvoqve notatur Participium Verborum Aë Wav v. g. [illegible] *mekím.*

§. XIV.

SYLLABÆ, qvas conſona ordinariè (80) itidem inchoat, elevantur (81) Chaldaicè modô Ebræô (82), Syro-Samariticè in dictionibus polyſyllabis maximè (83) in penultima, in biſyllabis ibi, ubi crasſiores (84) ſunt v. gr. מַלְכָּא *malcá*, [illegible] *marthjonúthò*, [illegible] *bekamúthah*, [illegible] [illegible] *málc*, [illegible] [illegible] *pakédh.*

(80) Cur & qvando Syllabas vocales inchoënt, v. gr. [illegible] [illegible] *ithab*, c. II. Axiom. II. p. 30. docebitur. (81) Aramæos accentibus tonicis deſtitui, Crinesianum eſt χειρόμυθον. (82) Qvod Dialectus Babylonica Ebræorum placitis ſe accommodet, facit elementorum, eóq; pertinentium communitas. (83) Tonus vocum

D poly-

polyſyllabarum propter ſuffixa & clauſulas Verborum à penultima in ultimam demigrat v. g. ܡܠܟܝܟܘܢ ࠌࠋࠊࠉࠊࠅࠍ *malcajchún*, ܐܬܦܩܕܒܪܝܢ ࠀࠕࠁࠐࠒࠃࠁࠓࠉࠍ *etbpakadbrén*. (84) Cum voces biſyllabæ æqvalem utrinqve craſsitiem (per qvam intelligimus compoſitionem ſtrictè dictam) obtinent, tùm poſterioris, cum verò neutra, tùm prioris habetur ratio v. g. ܦܩܕܬ ࠐࠒࠃࠕ *pekdéth*, ܥܒܒ ࠏࠁࠁ *ebbeb*.

§. XV.

ACCENTUUM ſigna in Dialecto Babylonica petuntur ab Ebræis (85); Sed in Syriaca & Samaritica ſeqventia (86) inveniuntur. *Ibi* ſcilicet

[a] (·.) Semicoli,
[b] (:), (..) vel (.) Coli (87)
[c] (·:) Interrogationis,
[d] (·—·) Parentheſeωs (88)
[e] (.:), (::) vel (·) Puncti (89)

hîc [a] (*) initii (90)
[b] (·) vocis abſolutæ (91)
[c] (··) Semicoli,
[d] (:) vel (·) Coli (92)
[e] (=:), (:=) vel (—v:) Puncti (93).

(85) In

(85) In Daniele, Eſra & Targum Onkeloſi extant Accentus ad formam Ebraicam adjecti; in reliqvis autem Targumim & Chaldæorum ſcriptis, præter SophPaſuk nil reperitur. (86) Diſtinctionum notæ à Scriptoribus neqve in Editis, neqve in MSS. κατ' ἀκριβέστερον obſervantur. (87) Colon Syrorum omnes diſtinctionum notas multoties includit. (88) Linea inter duo puncta jacens parentheticas dictiones adumbrat. (89) Qvidam figuram puncti aliam in ſcriptura minori, nempe (.:.), aliam in majori, nempe (::) excogitant; ſed fruſtra. (90) Cuthæi modò unius, modò duplicis ſtellulæ ſignum Periodis præmittunt. (91) Eorundem voces non cenſeantur ante abſolutæ, qvàm punctum compareat, & ſyllabarum divulſionem paſſæ, ſicubi ſpatium interjectum fuerit, v. gr. [illegible] *bekamúshab. talmés. elábab. jatb. ſchomájab. wejátb. árab.* (92) Etiam hîc Colon ſingulos qvandoqve accentus ſuggerit. (93) Interpunctioni accuratiori operam daturus ſignis noſtris uti poteſt. De cætero, utut Samaritani notis etiam Interrogationum, Exclamationis, Ironiæ, Indignationis &c. gaudeant, nec tamen in omni codice, nec in eodem conſtanter inveniuntur.

Caput II.

De

ANALOGIA.

§. I.

FORMA Vocum ſeparatarum alia eſt *Generalis*, continens (1) Punctorum (2) & Conſonantium (3) univerſalem ac fundamentalem; alia *Specialis*, continens Earundem particularem immutationem (4).

(1) Qvas dictionum Affectiones Analogia Generalis ſimul excutiat, Summarium Lingvæ Sanctæ *c.2.* §.2. *p.*25. recenſet. (2) Etiam in Aramæiſmo magis puncta vocalia, minùs puncta non-vocalia immutantur. (3) Lubentes hîc conformationem Conſonarum ſiſtimus, ſtudiô Ebraicè omiſſam. (4) Qvæ cauſa ſit mutationis §. 5. *num.* 14. *p.*26. allegati Summarii evolvatur.

§. II.

Generalem Convenientiam expediunt ſeqventia X. (5) Axiomata.

(5) Decem congesſimus Canones, Ebræam methodum retenturi.

AXIOMA I.

DUORUM SCHEVAJIM Chaldaicorum prius producitur uti Ebraicè (6); Syro-Samaritanorum (7) autem in

[a] (γ) qvando

(α) Chaldaicè in (-) (8) tranſit v. gr. מַלְכָּא

ܡܰܠܟܳܐ, ࠌࠋࠊࠀ

(β) litera prima eſt ſervilis (9) verbi gr.

ܒܡܫܝܚܐ ࠁࠌࠔࠉࠇࠀ

(γ) occupat medium (10) v. g. ܠܠܦܘܦܘ ࠋࠋࠐࠐࠅ

[b] (-), qvando

(α) Chaldaicè in (.) (11) allevatur verbi gr.

ࠁࠎࠓࠀ / ܒܶܣܪܳܐ / בִּסְרָא

(β) nihil dictarum conditionum adeſt v.g.

ܐܠܗܐ / ࠀࠋࠄࠀ

[c] (-) rarisſimè (12) v. g. ܕܡܫܡܫܢܘ

(6) Ne repetitione Axiomatis Ebræi tædium creemus, ſaltem exempla proferimus productionis duorum Schevajim [a] *Simplicium* בְּטֵעֵם pro בִּטְעֵם / בִּיסוֹר pro בִּיסוֹר / חֲמָרָא ex חֲמַר / עֲדָרָא ex עֲדַר / אַרְחָא ex אֹרַח. [b] *Compoſitorum* אֲהָלָא ex אֹהֶל. [c] *prioris compoſiti, & poſterioris ſimplicis* חַכְפָּא ex חֲכַף / מַחְצְפָא. [d] *prioris ſimplicis, & poſterioris compoſiti* כְּאֵלָהּ pro כֶּאֱלָהּ / בְּאָרִין pro בֶּאֱרִין. Qvod ſi tria ſcheva concurrant, medium productioni ſub-

ſubjicitur v. g. תִּתְפַּקְּדִין pro תִּתְפַּקְדִין (7) Concurſus Schevajim Syro-Samarit. ita comparatus, ut prius posſit qvieſcere, poſterius legi, neminem moratur. (8) Pathahhatur, Chaldæorum Scheva, cùm Ebraicè ex Segol emerſit v. g. ܢܦܫܗ ex נַפְשׁוֹ (9) Serviles literæ hîc loci potisſimùm cenſentur ܒܘܠܘ (10) Scheva medium illud appellatur, ante qvod præcedit ſive aliud commodè abſorbendum, ſive conſona vocalizata v. gr. ܢܫܡܥܘܢ ܠܐ / ࠀࠀࠇࠁࠔࠌࠁࠀ ܡܦܩܕܝܢ pro ܡܦܩܕܝܢ

(11) Chaldæorum Scheva hhirekatur, cum non debet ortum τοῖς (·.·), (..) ſub Gutturali & (ˇ) hhat. In anomalis ars reddet artificem. (12) Hhevozo raritas offert ſe Syriacè in Nun Verborum præformativo.

AXIOMA II.

JUD Syro-Samariticum non ſuſtinet ſcheva mobile (13), ſed qvieſcit (14) in Hhevozo (15) v. g. ܝܠܕ ࠉࠋࠃ

(13) Soli, qvod novimus, Syro-Cuthæi ſcheva ſub jud, ex Lingvæ indole, non movent. (14) Jud communisſimè qvieſcit in hhevozo nudo, rariùs in olaphato v. gr. ܐܝܬܘܗܝ ࠀࠉࠕࠅࠄࠉ / ܕܝܠܗ ܡܝܬܐ & ܐܝܡܡܐ ܐܝܠܝܢ

(15) Hhevozo in literam ſervilem, ſi qvæ præambulat, transfertur v. g. ܒܝܬܐ ܠܝ ࠁࠉࠕࠀ

AXIO-

AXIOMA III.

LITERÆ GUTTURALES apud Chaldæos ſcheva, ritu Ebræô (16), reſpuunt; apud Syro-Samaritanos unicum Olaph locô Scheva reqviſiti

[a] ſub ſe vel vocalem (17), vel Mehaghjono (18) aſſumit v.g. ܐ݁ܢܐ & ܐܢܐ

[b] ſub præcedenti conſona vocalem retromittit (19) v. g. ܒܐܠܗܐ ࠁࠀࠋࠄࠀ pro ܒܐܠܗܐ

(16) Repetitionis evitandæ gratiâ iterum exemplis extricabimus Scheva [a] *mobile* עֲבַר pro עְבַר / אֲמַר pro אְמַר [b] *immobile* יַעֲבַר pro יַעְבַר. Velim tamen notes: Scheva immobile communius retineri, conciſione plerumqve factâ v.g. יֶעֱבַר pro יֶעְבַר. (17) Vocales locô Scheva uſitatæ tantùm ſunt (ܱ) atqve (ܶ); Illa in Imperativo, & Participio Peil Conjugationis primæ; hæc in Radicibus, Futuris atqve alibi v.g. ܐܟܘܠ ࠀࠊࠅࠋ / ܐܣܝܣ ࠀࠎࠉࠎ / ܐܡܪ: ࠀࠌࠓ Videntur id perrarò imitari Chaldæi v.g. אֱזוֹרֵי. (18) Qvô inprimis caſu Mehaghjono adſciſcatur, *c.* 1. *§. X. num.* 64 [a] *p.* 19. ediximus. (19) Olaph, vocali retromiſſâ, modò manet, modò expungitur, verb. gr.

ܡܠܟܐ

ܡܠܟ pro ܦܐܠܟ. • Idem Olaph literis ܒܘܟܠ largitur (y) v. gr. ܘܡܐ pro ܘܐܡܐ / ܐܢܫ pro ܐܢܫ

Exempla, qvæ contravenire videntur, inordinatam locationem punctorum redolent.

AXIOMA IV.

EÆDEM LITERÆ, unà cum Riſch, Dageſch F. ex analogia reqviſitum (20) extrudunt, & compenſant (21) vel per

[a] vocalem longam (22) v. g. חֵרֵף / מֵאַרְעָא

[b] Nun (23) v. g. תִּנְתֵּן

[c] Wav (24) v. g. סוֹבַר pro סַבֵּר

[d] Jud (24) v. g. דִּיבֵר pro דִּבֵּר

(20) Qvandoqvidem Syri ac Cuthæi Dageſch F. carent, igitur præſens axioma ſolum Chaldaiſmum ferit. Repetantur interim *c.* 1. § 8. *num.* 58. *p.* 18. de Kuſchoj annotata. (21) Compenſatio Dageſch F. Chaldaicè multò freqventiùs, qvàm Ebraicè fieri aſſolet, prætermittitur. (22) Defectus vocalium longarum ac brevium inter Syros, arguit defectum & Dageſch F., & compenſationis ejus in Gutturalibus. (23) Reſtitutionem Dageſch F. qvoad Nun imitantur nonnunqvam Syri & Æthiopes, verb. gr.

ܐܢܬܘܢ

ܐܢܬܘܢ አንትሙ: *antymú* ex אַתֶּם. Vide *Summarium* noſtrum *Lingvæ Æthiop.* (24) Wav & Jud, Dageſch F. in libris vel planè non vel malè punctatis ſupplentes, nonnunqvam geminantur v. gr. גוון pro גַּוָּן / דיין pro דַּיָּן.

AXIOMA V.

Ante Dageſch F. vocalis longa (25), extra tonum, qvandoqve allevatur (26), qvandoqve minùs v. gr. יְהוֹרְעִנְּנִי & יְהוֹרְעִנְּנִי.

(25) Ex dictis, defectu nempe longarum atqve brevium vocalium, conſtat, Axioma hoc Syros & Samaritanos non concernere. (26) Qvô qvidem modô Allevatio inſtituatur, evolvendum eſt in Summario Lingvæ Sanctæ c. 2. *Axiom.* 4. *p.* 31.

AXIOMA VI.

In dictionum (27) creſcentium (28) ultima ſyllaba (29) mutatur

[a] (..), (-), (∴) & (˙..) Chald. (ܼ), (ܿ) & (ܵ) Syro-Samaritic. in (:) v. gr. פִּקְרָא / ܦܽܘܩܪܳܐ / ࠐࠒࠓࠀ / מַלְכָּא / ܡܰܠܟܳܐ / ࠌࠋࠊࠀ

[b] (.) antecedente (-) vel in (..) (30), vel in (:) (31) v. g. בַּיְתָא & בֵּיתָא / ܒܰܝܬܳܐ ࠁࠉࠕࠀ ex בַּיִת.

 (27) Va-

(27) Valet Regula potisſimùm de dictionibus abſolutis (28). Qvot modis unaqvæqve vox creſcat, Analogia ſpecialis ſuggerit. (29) Dum mentionem Syllabæ facimus, obſervetur ἐκ ϖξιωσίας: In tertia aut ulteriori ante tonum Chaldaicè nullam vocalem corripi, niſi qvatenus ex Ebraiſmo acceſſit v. g. חֲסִירִין ex חַכִּיר · (30) In Plurali qvædam diſcedunt, uſu notanda v. g. בָּתִּין pro בֵּיתִין · (31) Qvando (.) ſchevatur, (-) præiens manet.

AXIOMA VII.

Pro (ֹ) Ebræorum Chaldaicè venit (32) (ֻ) (33); Syro-Samariticè ܘ (34) vel ܘ (35); proq; (ֻ) Chaldæorum Syriacè (ܳ) (36) verbi gr. אוֹהֵב / ܪܚܡ / מַלְכּוּתָא / ܡܠܟܘܬܐ / ܡܠܟܘܬܐ / ܩܘܡ

(32) Reciprocantur vocales ambæ non ubiqve ac ſemper, ſed alicubi & freqventer. (33) Errant, qvi cauſam mutationis qværunt in (ֻ) Chaldæorum, inſtar (ֹ) Ebraici efferendo; Qvippe ſi eadem utrobiqve pronunciatio, qvid opus mutatione. (34) Τὸ ܘ Verbis eſt uſitatisſimum. (35) Τὸ ܘ Nominibus eſt receptisſimum. (36) Denuò errant, qvi cauſam mutationis qværunt in (ܳ) Syrorum, inſtar (ֻ) Ebr. pronunciando; ſic enim falsò ſeqvitur: Syros deſtitui vocali O. Lingvis omnibus familiari? In vocibus græcis Syriacè flexis (ܳ) amittere naturam græc. omicron v. gr. ܢܳܡܳܘܣ ex νόμ☉ : Similiter græc. omicron haud eſſe in Nominibus Propriis verbi gr. ܦܺܝܠܳܠܳܓܳܘܣ Φιλόλογ☉ Rom. 16, 15. Nos diverſitatem Dialecti agno-

agnoſcimus ferè ut in Germanicis Ja / jo; Schwan / Schwon. Cæterùm Axioma magno iis emolumento erit, qvibus aut Chaldæo-Samaritana Syriaco, aut Syriaca Chaldaico charactere exprimenda occurrunt.

AXIOMA VIII.

Accentus (37) Dominus (38) in ſolo Chaldaiſmo Biblico (39) poteſt (40) mutare vocales, maximè

[a] (-) qvodcunqve in (ˇ) v. g. תִּנְדַּע / כַּשְׂדָּי

[b] (..) in (∴) v. g. יְרוּשְׁלֶם

[c] Suffixum ךְ in ךְ v. g. עֲבָדָיךְ

(37) Meritò Accentus in Daniele ac Eſra *θεοπνεύστους*, in Targum Onkeloſi *ἀνθρωπινοστάτους* vocamus. (38) Potiſſimi Dominorum ſunt Silluk, Athnahh, Sakephkaton, Refia &c. (39) Chaldæi Accentus, extra Biblia, ignorant. Conf. *c.* 1. §. 15. *num.* 85. *pag.* 27. (40) Datâ operâ voce Poteſt utimur, adeoqve anomalias uſui committimus.

AXIOMA IX.

Propter Euphoniam nonnunqvam apud Chaldæos (41)

[a] (..) & Hhirek utrumqve (42) v. gr. בֵּרֵךְ & בָּרֵךְ

[b] (ׂ), (ּ) & (ֻ) (43) v. g. יְקֻמּוּן & יְקוּמוּן

[c] (-), (∵) & (.) v. g. הִזְדַּמִּנְתּוּן / לְהַעְלָה

[d] (·) hhat. & (·) v. g. כִּתְלָא & כְּתִלָא

[e] (:) ſimplex & compoſitum v. g. קֳדָם & קֳדָם

apud Syros (44)

[a] (ܶ) & (ܺ) (45) v.g. ܐܶܒ & ܐܺܒ

[b] (ܺ), (ܶ) & (ܰ) (46) v.g. ܐܶܬܬܒܺܝܣ

[c] Scheva, (ܶ) & (ܺ) v. g. ܢܶܗܝܪܘܬ / ܒܶܗܘܪ

reciprocè alternant (47)

(41) Vix monere opus eſt, alternationem ignorare Characterem Eſtrangelicum. (42) Hæc Permutatio freqventiſſima eſt in Præterito Paël, nec non Participio Præt. Peal. (43) Alternatio ejusmodi purum putum Ebraiſmum ſapit. (44) Samaritanos hoc axiomate non indigere, notius erit, qvàm ut dicatur. (45) Huc pertinent voces ܦܠܓܐ & ܦܠܓܝ, qvas ante literæ ܒܘܠ revozantur v. gr. ܒܦܠܓܝ pro ܒܦܠܓܝ (46) Commixtioni τὸ (ܰ) cum (ܺ) Imperat. & Futurum Peal interdum ſubjiciuntur. (47) Alternatio plurimas difficultates extricat.

AXIO-

AXIOMA X.

Fundamentalis eaq; Harmonica conformitas (48) Aramæiſmum inter (49) ac Ebraiſmum, qvoad Conſonas, inſtitui poteſt (50), inferendo illis

[a] Μετάθεσιν (51) v. g. Ebr. עָרַק / Ch. עֲקַר / Syr. ܥܩܪ / Samar. ࠏࠒࠓ

[b] Πρόσθεσιν (52) v. g. Ebr. עָבַר / Ch. שַׁעְבַּר / Syr. ܫܥܒܪ

[c] Ἀφαίρεσιν (53) v. gr. Ebr. אֶחָד / Ch. חַד / Syr. ܚܕ / Sam. ࠇࠃ

[d] Συγκοπὴν (54) v. g. Ebr. & Ch. גַּלְגַּל Syr. ܓܠܓܠܐ

[e] Ἐπένθεσιν (55) v. g. Ebr. כִּסֵּא / Ch. כָּרְסֵא Syr. ܟܘܪܣܝܐ

[f] Ἀποκοπὴν (56) v. g. Ebr. בִּירָה / Ch. בִּי / Syr. ܒܝ

[g] Παραγωγὴν (57) v. g. Ebr. שָׁלֹשׁ / Ch. שַׁלְשֵׁל / Syr. ܫܠܫܠ

[h] Ἀλλοίωσιν (58) juxta præſens Schema:

Conſonarum	Mutatio	Conſonas.	Ebr.	Chald.	Syriac.	Samarit.
א		ע,י,ח,ו,ה.	ראש	רֵישׁ	ܪܺܝܫ	ࠓࠉࠔ
				מַלְכָּא	ܡܰܠܟܳܐ	ࠌࠋࠊࠀ
ב		פ	בַּרְזֶל	פַּרְזֶל	ܦܰܪܙܠܳܐ	ࠐࠓࠆࠋࠀ
ג		כ	גָּפְרִית דָּגָן	גַּפְרִית	ܟܶܒܪܺܝܬܳܐ	ࠊࠁࠓࠉࠕ
ד		ט	דִּבָּה דָּחָה	טְבָר	ܛܒܰܪ	ࠈࠁࠓ
ה		ע,י,ח,ו,א.	גָּלָה	גְּלָא	ܓܠܳܐ	ࠂࠋࠄ
	in			גְּלִי	ܓܠܺܝ	ࠂࠋࠉ
ו		ע,י,ח,ה,א.	טוֹב	טְאֵב	[illegible]	
			בּוֹשׁ	בְּהַת	ܒܗܶܬ	ࠁࠄࠕ
ז		ד	זָכַר	דְּכַר	ܕܟܰܪ	ࠃࠊࠓ
ח		ע,י,ו,ה,א.	דָּחַף	דְּחַף		ࠃࠇࠐ
ט		צ	צְבִי	טְבִיתָא	ܛܒܺܝܬܳܐ	ࠈࠁࠉࠕࠄ
י		כ,ו,ה,א.	יָעַר	נְהָוַעַר	[illegible]	[illegible]
כ		ק	כָּפַר	קְפַר	ܩܦܰܪ	ࠒࠐࠓ

Con-

Conſonarum	Mutatio	Conſonas.	Ebr.	Chald.	Syriac.	Samarit.
ל		ר, ק, נ	אַלְמָנָה	אַרְמְלָא	ܐܪܡܠܬܐ	
ם		נ	מְלָכִים פְּקַדְתֶּם	מַלְכִין פְּקַדְתּוּן	ܡܠܟܝܢ ܦܩܕܬܘܢ	ࠌࠋࠊࠉࠍ ࠐࠒࠃࠕࠅࠍ
נ		ר, ל	טָמַן	טְמַר	ܛܡܪ	ࠈࠌࠓࠍ
ס		שׂ / שׁ	כָּנַס	כְּנַשׁ	ܟܢܫ	ࠊࠍࠔ
ע		ק, נ	עֵץ	קֵיס	ܩܝܣܐ	ࠏࠑ
פ		ב	בַּרְזֶל	פַּרְזְל	ܦܪܙܠܐ	ࠐࠓࠆࠋ
צ	in	ע, ט, ז	אֶרֶץ	אַרְעָא	ܐܪܥܐ	ࠀࠓࠏࠀ
ק		ע, כ, ט, א	תִּקֵּן	תְּכֵן	ܬܩܢ	ࠕࠒࠍ
ר		ל	עִיר		ܥܝܠܐ	
שׁ		ת, ט	קָשַׁר שָׁלוֹשׁ	קְטַר תְּלָת	ܩܛܪ ܬܠܬܐ	ࠒࠈࠓ ࠕࠋࠕ
שׂ		ת, ס	שָׂטַן שָׂמַח	סְטַן	ܣܛܢ	ࠔࠈࠍ
ת		ט	תָּעָה	טְעָא	ܛܥܐ	ࠈࠏࠄ

(48) Ex

(48) Ex conformitate harmonica nullô inferre licet modô, Lingvam Aramæam eſſe dialectum Ebraicæ. (49) Qvam fundamentalem hîc analogiam adduximus, ſuum perqvam commodè in Æthiopiſmo, Arabiſmo, Perſiſmo &c. locum invenit. (50) Nemo exiſtimet, poſſe immutari conſonas pro lubitu ab unoqvolibet, cùm uſus maximè ſit reſpiciendus. (51) Metatheſin patiuntur literæ & con- & non-congeneres. (52) Proſtheſi communisſimè inſerviunt ש & ס. (53) Aphæretica conſona eſt Olaph. (54) Ad Syncopen non nemo refert vocem ܡܫܡܘܢܐ qvaſi ܡܠܫܡܘܢܐ ſed malè. (55) Epentheſin ſubminiſtrant communiùs ל, ט, ר & ס. (56) Apocope, qvoad ת aliàs omnium freqventisſima, pesſimè in Judæorum habetur יֵשׁוּ pro יֵשׁוּעַ. (57) Qvæ παραγωγῆς circumferuntur exempla, Verborum qvadratorum induiſſe naturam videntur. (58) Notetur in Alloeoſi Regula utilisſima: *Literæ, ratione Inſtrumenti, Figuræ, Qvietis, Soni, Poteſtatis, ſibi invicem affines, ſunt* ἐυμετάβολα. Hinc v.g. ז & ר, י & ג, צ & ע &c. hinc א & ר, propter mutuam rejectionem τῦ Dageſch: hinc ל & ר, מ & נ, ex natura Liqvidarum commiſcentur.

Cap.

Caput III.
De
NOMINE.

§. I.

FORMA Vocum Separatarum *Specialis* occupatur circa dictiones tùm *Indeclinabiles*(1) tùm *Declinabiles*, hasq; rurſum tam more Verborum, qvàm more Nominum, *Primariorum* pariter ac *Secundariorum* (2).

(1) Sub nomine vocum indeclinabilium comprehendimus Adverbia, Præpoſitiones, Conjunctiones & Interjectiones; unô verbô *Particulas*. (2) Nomen primarium *κατ' ἐξοχὴν* Nomen eſt, ſecundarium aliàs Pronomen audit.

§. II.

Utrobiqve proſtant *Affectiones* partim *Communes*, ut: *Species*, *Figura* & *Qvalitas*, ſecundùm qvarum illam Voces aut *Primitivæ* (3), aut *Derivativæ* (4); ſecundùm iſtam aut *Simplices* (5), aut *Compoſitæ* (6); ſecundùm hanc aut *Perfectæ* (7), aut *Imperfectæ* (8) nominantur: partim *Propriæ*, ut: *Genus*, *Motio*, *Numerus*, *Status*, *Caſus* & *Comparatio*.

(3) Dictio primitiva ſubinde radicis officiô fungitur. (4) Qvot modis derivatæ dictiones à radicibus, ſive cum, ſ. absqve literis heemanticis [qvæ omninò in Aramæiſmo etiam ſunt הָאֶמַנְתִּיו], propullulent, Summar. Lingv. Sanct. c.2. § 4. n. 5. p. 25. ſuggerit. Cæterùm inter Derivatas fiuntSyriacè (a) Diminutiva, inſerendo ante ܐ Emphat. in Maſcul. aut ܘܣ vel ܘܢ, aut utrumqve ſimul; in Fœmin. ܘܢܬ vel ܘܢܬܘܢܬ v. gr. ܓܒܪܐ *Vir*, ܓܒܪܘܣܐ & ܓܒܪܘܢܐ *viruneulus*, ܓܒܪܘܣܘܢܐ *parvus viruneulus*; ܒܪܬܐ *filia*, ܒܪܬܘܢܬܐ *filiola*, ܒܪܬܘܢܬܘܢܬܐ *parva filia.* (b) Patronymica & Gentilia, nec non Adjectiva concreta in ܢܐ vel ܝܐ, aut itidem utrumqve, verbi gr. ܓܘܫܡܐ *corpus*, ܓܘܫܡܢܐ ܓܘܫܡܝܐ & ܓܘܫܡܢܝܐ *corporeus.* (5) Vox Simplex ab uno themate promanat. (6) Vox Compoſita [in Aramæiſmo freqventior, qvàm Ebraiſmo] à pluribus thematibus promanat, modoq; poſteriorem compoſitionis partem, modò utramqve, in plurali formando, immutat v. g. ܒܥܠܕܒܒܐ ex

ex ܡܶܠܟܽܘܬܳܐ / ܡܶܠܶܟ ܐܶܠܶܟ

ܚܶܙܪܳܐ ex ܐܶܟܦܰܙܪܳܐ . (7) Perfectæ dictiones ſuis & literis & punctis eſſentialibus conſtant, uti è contrario (8) Dictiones imperfectæ ſuis & literis & punctis eſſentialibus carent.

§. III.

GENUS tantùm duplex (9) eſt: *Maſculinum* & *Fœmininum* (10), dignoſcendum ex

[a] *Significatione* (11) v. gr. אָדָם ܐܳܕܳܡ ࠀࠃࠌࠉ *Adam*, בָּבֶל ܒܳܒܶܠ ࠁࠁࠋ *Babel.*

[b] *Conſtructione* (12) v. gr. אַרְעָא חִוָּרְתָא ܐܰܪܥܳܐ ܗܘܳܬ ࠀࠓࠏࠄ ࠇࠅࠓࠄ

[c] *Terminatione*, ubi Fœminina dicuntur deſinentia in ſervile

[a] א (13) vel הָ (14) kamezatum, Numeralibus Cardinalibus (15), more Ebraicô, exceptis v. g. נְבוּאָה / חֲבוּלָא contra תְּלָתָא *tres* M.

[b] ת (16), qvod tamen ſæpenumerò apocopatur (17) verbi gr. מַלְכוּת ܡܰܠܟܽܘܬ

ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ ࠌࠋࠊࠅࠕ & מַלְכוּ ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ
ࠌࠋࠊࠅ. Reliqva utcunqve Maſculina.

